

VIRI
MAGNIFICI ET SUMME REVE-
RENDI,
DN. JOHANNIS
CYPRIANI,

S. S. THEOLOGIÆ DOCTORIS,
EJUSDEMQUE PROFESSORIS PUBLICI
PRIMARIÏ, CANONICI MISENENSIS, ALUMNO-
RUM ELECTORALIUM EPHORI, THEOLOGICÆ FA-
CULTATIS H. T. DECANI, EJUSDEMQUE ET POLO-
NICÆ NATIONIS, UT ET TOTIUS ACADEMIÆ SE-
NIORIS ET DECEMVIRI, MAJORIS PRINCI-
PUM COLLEGII COLLEGIATI, ET COLLE-
GII PHILOBIBLICI PRÆSIDIS,

BEATUM OBITUM
NOMINE COLLEGII PHILOBIBLICI,

TESTANDÆ ERGA MERITISSIMUM DE SE
PER PLURES ANNOS PRÆSIDEM PIETATIS ERGO,
LUGET,

M. CHRISTIANUS FRIDERICUS BAUER,
HOPFGARTHENS. MISN.

LIPSIÆ, LITERIS FLEISCHERIANIS.



Kapsel 78 N. 12 [98]

AK



Uo vultu semper, quoties mæstissima
Mater
Theologos plorat Lipsia nostra suos,
Hoc quoque nunc prodit laceris Elegia capillis,
Et summi plangit tristia fata Viri.
Prodiit hoc habitu per paucos sæpius annos,
Et gravis aspectu terribilisque fuit.
Cui licet ad planctum videatur causa deesse,
Dum matura senis funera flendo canit;
Non tamen assensum desperat habere bonorum,
Quod sit de merito legitimusque dolor;
Cum nihil in mortem CYPRIANI flebile dici,
Quod non flebilius debeat esse, queat,
Prisca fides animo cuius pietasque sedebat,
Doctrinis variis quem decorabat honor.
Hinc dum defuncto multum recteque merenti
Lugubrem præfert ad sua busta facem;
Ingemit, heu Cives! hoc vix aut Nestoris annis
Aut aquilæ vita dignior alter erat!

*Sicque suo satis officio factura, virorum
Defuncti meritis laudibus ora replet.
An, Philuris tanto dum flet sua damna dolore,
Nos deceat siccis nostra videre genis?
Nos, queis dulce magis mellito nectare, tanti
Theiologi doctos ore fuisse, fuit?
Queis gemitus adeo iusti vitioque carentes
Ore ruunt, nihil ut justius esse queat?
Queis sedet in facie macies, ceu flebile corpus
Qui patris ad tumultum deproperare vident?
Aut hoc aut simili jacturam fertur. Eliæ
Deflevisse sui tristis Elisa modo.
Sic olim Paulo, cum non rediturus abiret,
Novimus Ephesios illacrymassè suo.
Cumque viri cultus, qui non violabilis unquam
Et fuit & semper religionis erit,
Cum pius affectus nobis, quo fata beati
Prosequimur, normæ debeat esse loco;
Hinc est, quod partem nobis de pondere luctus,
Sumamus, plures qui gravitate premit;
Qui gravitate sua vix eluctabile damnum
Collegis, viduæ, familiæque dedit;
Quem Philuræa Parens, quem tota Ecclesia plangit,
Eusebie graviter quem periisse dolet.
Alma at præcipue frontem redimita cupressò
In deplorando funere Mater adest,*

Convocat atque suos ad publica funera Cives,
Hoc, inter tristes quem jubet esse, die.
Et qualis prodire solet, cum fata suorum
Ex merito deflet, nunc quoque talis adest.
Atque parentatura seni de seque suisque
Æternum merito sic ait ore tremens:
Docte senex, cuius robur juvenile docendo
Transiit, a multo facte labore senex!
Clare senex, cuius famam constante juventa
Conveniens omni tempore cinget honor!
Æternum, venerande senex, cui gloria fumus
Egregio laudum spargit odore, Vale!
Æternumque vale! Tibi Saxo durius omni
Nostra Tuis meritis pectora marmor erunt.
Dumque tuum ponis meritis annisque gravatum,
Viribus & vita deficiente, caput,
Dum post præclare res & feliciter actas
Oppressus senii mole saturque peris,
Qualis ad instantis Simeon confinia mortis
Decursum vitæ sperat adesse suæ;
Nos Tibi, care senex, lachrymis dignissime nostris,
Dicimus extremum voce gemente Vale!



78 N 12 [98]

33011694

VIRI

MAGNIFICI ET SUMME REVERENDI,

DN. JOHANNIS CYRILLI,

S. S. THEOLOGICAE
EJUSDEMQUE
PRIMARI, CANONICI
RUM ELECTORALIS
CULTATUS H. T. D.
NICÆ NATIONIS
NIORIS ET DE
PUM COLLEGII
GII PHILIPPSII

CTORIS,
PUBLICI
S, ALUMNO-
OLOGICÆ FA-
QUE ET POLO-
CADEMIAE SE-
S PRINCI-
COLLE-

BEA
NOMINE COI
TESTANDÆ E
PER PLURES AN

BIBLICI,
UM DE SE
TIS ERGO,

M. CHRISTIA
HO

BAUER,

LIPSIÆ, L



Kapsel 78 N.12 [98]

AK

